



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente  
XI. editas

**Luxemburgi, 1739**

XXX. Statuta pro tribus Cœnobiis Recollectionis Provinciæ Bœticæ Tertiæ  
Ord. S. Francisci.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

tores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, ac Sedis Apostolicæ prædictæ Nuntios, judicari, & definiiri debere; irritum quoque, & inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignorantier contigerit attentari.

**S. 4.** Non obstantibus præmissis, ac quibusvis Apostolicis, ac in Synodalibus, Provincialibusque, & universalibus Concilii editis specialibus, vel Generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon Regularium Domorum, locorum, & Ordinis hujusmodi, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, & Literis Apostolicis primodicto Ordini, illiusque Superioribus, & personis in genere, vel in specie, ac alias sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis Clausulis, & Decretis, etiam iteratis vicibus quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque tortis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illis alias in suo robre permanans, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse harum serie derogatus, caterisque contrariis quibuscumque.

**S. 5.** Volumus autem, quod ipsarum præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, & alicuius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ sigillo, & Notarii publici manu obsignatis stetur, eademque profus fides in Judicio, & extra adhibeatur, qua eidem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XXVII. Junii MDCXCIII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

## XXX.

Confirmatur Decretum Congreg. Ep., & Reg. approbans quedam Statuta pro tribus Cœnobitis Recollectionis Provinciae S. Michaelis in Bætica Tertiæ Ord. S. Francisci.

Inn. XI. Conf. ed. 1685. Apr. 16. P. 9. extat Decretum aliud circa electionem Officialium. Et hujus Pontificis Conf. ed. 1693. Nov. 19. P. 3. confirmatio electionis prædd. Cœnobiorum.

Dat. 15. Aug. 1693. An. 3.

## INNOCENTIUS PAPA XII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Statuta  
præd. conditi  
ta fuere a  
Diffinitorio  
Provinciae.

**N**uper pro parte dilectorum filiorum Ministeri Provincialis, Custodis, & Diffinitorum Provinciae S. Michaelis in Bætica Fratrum Tertiæ Ordinis Sancti Francisci Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium proposita exposito, quod ipsi alias tres Conventus Recollectionis nuncupatos in eadem Provincia exererant ad hoc, ut ii Religiosi, qui in eo secessu vitam transfigere, ac Altissimo absque ulla perturbatione famulari cupiebant certos, & determinatos Conventus haberent; verum, quia pro felici Recollectionis hujusmodi direccione nullæ aderant specialiter constituta Leges, Diffinitorum d. Provinciae ad tam salutarem Institutionem constabiliendam juvandosque eorum, qui eam amplexi suissent, in via Domini progressus, nonnulla ediderat Statuta tenoris, qui sequitur, videlicet.

Constitutiones pro Conventibus Recollectionis Provinciae Andaluciae Religionis Tertiæ Ordinis Pœnitentie S. Francisci, videlicet Conventus Domina nostræ Canonicos Sanctos fundati intra terminos Villa de Olvera Diœcesis de Malaga, Conventus S. Joannis Baptiste de Moranina intra terrains Villa de Bollulos del Contado; ac Conventus S. Joannis Baptiste de Alfarache extra muros Bæticæ, ambo Diœcesis Bæticæ Archiepiscopatus.

In primis. Ut illa celsitudo sanctissimæ pauperum conservetur, ordinamus, & statuimus, ut Communitas obligata maneat ad providendum quæque necessaria singulis Religiosis præmemorata Reformationis, quin aliquis ipsorum nec sub necessitatibus prætextu absque Provincialis speciali licentia, possit ad ullius rei usum, habere recursum.

Secundo. Quod constituatur in quovis Conventu locus, ubi cuncta necessaria pro Regulari vestitu reponantur, videlicet habitus, pallium, tunica, Tunicella, & cætera sic.

Tertio. Statuitur ut taliter in hisce honesta nuditas, ac seraphica paupertas observetur, quod nullus Religiosus pluribus induatur, quam interiori una lana tunica, tunicella una, femoralibus de lino, habitu latitudinis sexdecim palmarum, talari, ut in Regula præscribitur; ac mantello ad habitus proportionem abbreviato, & quad calceamenta singuli portabunt sandalias usque ad calcaneum apertas.

Quarto. Statuitur, ut Religiosi in Cellis rebus curiosis, aut ornatum constringentibus non utantur; itaque dumtaxat habebunt Crucem ligneam, tabulatum, aut arundineum lectulum, duo stragula, unum pulvinar, duas sedes humiles, parvulan unam mensam, & circa librum usum, eos apud se habere poterit, quos juxta exercitum, & capacitatem Rev. Patris Provincialis sufficiens censuerit.

Quinto. Statuitur, ut Religiosorum nemo per se, aut per interpositam personam possit retinere Missarum elemosynam, sed debeat quamcuiusdam eam Prælato manifestare, & exhibere, & tunc Prælatus ei facultatem præstabit, ut illas Missas juxta declaratam necessitatem applicet.

Sexto. Statuitur, ut in Matutinis media nocte inviolabiliter per singulos dies Deum benedicant, quin in toto Anni curriculo aliquando dispensemur tam cœlestis hora, in qua a Regalibus Sedibus Altissimum venit, inter Sacratissimæ Virginis brachia primus intonuit, surgens in requiem suam, & noctem sicut diem illuminare monstravit. De cætero Divinum Officium paulatim, reverenter, ac devote recitetur, nec ulla dies absque Missa Conventuali pertranscat.

Septimo. Statuitur, ut in singulis diebus per duas horas Oratio mentalis exerceatur. Prima hora ante primam, & secunda hora post Completorium, & insuper ad prædictarum horarum perfectiorem expeditionem unusquisque intra Cellam suam in profundo silentio solus maneat, ante Completorium per unam horam, & ante Missam Officii, & per aliam.

Octavo. Statuitur, ut Religiosi, quam minus possint e Domo egrediantur, nec nisi a quindenaria in quindenaria alicui licentia præbeatur.

Nono. Statuitur, ut per totum annum disciplinam habeant feria secunda, quarta, & sexta, exceptentur tamen præsignati dies, si cum solemnibus festivitatibus concurrant. Monemus, necnon quod si aliquis Religiosus Divino fretus auxilio, austriorem vitam, & carnis mortificationem veller amplecti, ne propriæ voluntatis fere imperceptibili laqueo cingens se pereat, ante omnia Prælatum localem consulat, ejusque

nutui

ANNO  
1693.

INNOCENTIUS DUODECIMUS. 203.

ANNO  
1693.

nutui se subjaceat, ut alius cingat eum, & ferat  
quo non Satanæ, sed Deo proficiat.

Decimo. Statuitur, ut nec R. P. Provincialis,  
nec R. P. Commissarius Visitator possint mit-  
tere ullum Religiosum, ut in supradicis Con-  
ventibus commoretur, quin prius constiterit eis  
de exemplari vita, & spiritu probato Religiosi  
commoratur, nec Præfatus localis eum com-  
morantem habebit, nisi supposita approbatione  
Religiosorum etiam per vota singulorum exhibita.

Undecimo. Statuitur, ut nullus Religiosus  
possit eligi in predicatorum Conventum Guar-  
dianum, quin prius laudabiliter per duos annos  
continuos in eis vitam eorum communem du-  
xerit.

Duodecimo. Statuitur, ut nullus Religiosus,  
ob vitam improbam pœnitentia correctus, nun-  
quam a Superioribus Prælatis ad commorandum  
in præfatis Conventibus mittatur.

Tertio decimo. Statuitur, ut post prandium,  
& cenam tam benedictio, quam gratiarum  
actio decantetur, itau post prandium ad Ec-  
clesiam cuncti Religiosi eant, prout in hac no-  
stra Provincia consuetum est, ac deinceps reci-  
tantes Psalmum *Miserere mei &c.* regrediantur  
ad abstergendum scutellas, in quibus manduca-  
verunt.

Quarto decimo. Statuitur, ut in singulis sabbati-  
bus diebus omnes Religiosi post vespertas con-  
veniant ad scopandum Conventum, & Eccle-  
siam, atque tunc ad purificandum Altaria.

Quinto decimo. Statuitur, ut in singulis heb-  
domabus inter Religiosos conferatur, & dilu-  
cidetur aliquod punctum mysticæ Theologiae,  
prout moris est.

Sextodecimo. Statuitur, ne prædicti Reli-  
giosi possint Terras colere, & in eis seminare,  
nisi tantum unum, aut duplex parvulum spatum  
in congrua sustentationis subfundam, ac neque id  
fiat, nisi ex gratia, & ad titulum paupertatis  
concessis, sicut decet paupertatis sanctissimæ se-  
ctatores, prout in Conventu de Caños Santos  
observatur.

Décimo septimo. Statuitur, ut in Refecto-  
rio, mensa non exornentur mappis, sed duo-  
bus linteolis pauperculis pro munditate cuiusvis  
Religiosi.

Décimo octavo. Statuitur, ut nemo cæ-  
terorum Religiosorum Provinciæ, possit apud tres  
Recollectionis Conventus remanere, nisi ut per  
aliquos dies a R. P. Provinciali delibero-  
rando, serio spiritualia eorum exercitia sequatur, & dum  
aliquis sub alio fine, ac praetextu accedat, duo-  
bus transactis diebus subito recedere compella-  
tur.

Décimo nono. Præcavemus, ut a sæcularium  
colloquio penitus Religiosi abstrahantur, qua-  
propter dum hospites recipere opus sit, ad de-  
vote, & charitati eis necessaria ministrandum,  
dumtaxat adit Pater Guardianus, aut Præf.,  
vel loco ipsorum Religiosus modestior, a Patre  
Guardiano definitus, & felicendus.

Vigesimo. Statuitur, ut nemo ad habitum  
individuum recipiat, quin prius in præordina-  
tis inserviendo Communicati exerceatur, si sit ad  
Chorus, & per unum mensem, & per duos si sit  
ad Laicatum statum, & his peractis circa suffi-  
cientiam, & habilitatem pro statu suscipiendo  
singulorum vota sumantur.

J. 1. Tandem ultimo statuitur, ut numquam,  
qui in præstabilitis tribus Conventibus habitum  
suscepunt, ab eis ad ceteros Provinciæ Con-  
ventus transferantur, nisi gravi urgente causa,  
aut pro bono communi Provinciæ, verum tamen  
hæc approbanda per Diffinitorum una cum Su-  
perioris Generalis licentia, & quicumque hanc  
Regulam fecuti fuerint Pax super illos.

J. 2. Ac proinde pro parte eorundem Mini-

stri Generalis, Custodis, & Diffinitorum prædictæ  
Congregationi Cardinalium supplicato, ut trium  
Conventuum hujusmodi erectionem, sive as-  
signmentem, sicut præmititur factam, neconon  
statuta præinserta confirmaret, emanavit ab ea-  
dem Congregatione Cardinalium Decretum te-  
noris sequentis, videlicet -- *Sagra Congregatio*  
*Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E.*  
*Cardinalium negotiis, & consultationibus Episco-*  
*porum, & Regularium præposta, attenta relatione*  
*Eminentissimi Cybo Ordinis Sancti Francisci apud*  
*Sanctam Sedem Protectoris, referente Eminentiss. de*  
*Laura, censuit supra scripta statuta esse approba-*  
*da, prout præsentis Decreti vigore approbat, atque*  
*confirmat. Romæ 5. Junii 1693. -- G. Cardinalis*  
*Carpineus -- A. Altovitus Secretarius.*

J. 3. Cum autem, sicut prædicti Ministri Pro-  
vincialis, Custos, & Diffinitoriis Nobis subinde  
exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi, quo  
firmius subsistat, & servetur exactius, Aposto-  
lice confirmationis nostræ patrocinio commu-  
niri plurimum desiderent. Nos eorumdem Ex-  
ponentium votis hac in re, quantum cum Do-  
mino possumus, favorabiliter annuere volentes,  
& eorum singulares personas a quibusvis excom-  
municationis, suspensionis, & interdicti, aliisque  
Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis  
a jure, vel ab homine quavis occasione, vel  
causa lati, si quibus quomodolibet innovatae  
existunt ad effectum præsentium dumtaxat conse-  
quendum harum serie absolventes, & absolutas  
fore censentes, supplicationibus eorum nomine  
Nobis super hoc humiliiter porrectis inclinati,  
Decretum præsincerum auctoritate Apostolica  
tenore præsentium approbamus, & confirmam-  
mus, illique inviolabilis Apostolice firmatis  
robur adjicimus, salva tamen semper in præ-  
missis auctoritate memorata Congregationis Car-  
dinalium.

J. 4. Decernentes ipsas præsentes literas sem-  
per firmas, validas, & efficaces existere, & fore  
suosque plenarios, & integrös effectus sortiri,  
& obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tem-  
pore quandocumque spectabit in omnibus, & per  
omnia plenissime suffragari, & ab eis respective  
inviolabilitate observari: Sique in præmissis per  
quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos,  
etiam causarum Palatii Apostolici Auditores,  
judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane,  
si secus super his a quoquam quavis auctoritate  
scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

J. 5. Non obstantibus Constitutionibus, &  
Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus  
sit, Conventuum, Provinciæ, & Ordinis præ-  
torum, etiam juramento, confirmatione Aposto-  
lica; vel quavis firmitate alia roboretis Sta-  
tutis, & consuetudinibus: Privilegiis quoque,  
Indulgencias, & Literis Apostolicis in contrarium  
præmissorum quomodolibet concessis, confirma-  
tis & innovatis. Quibus omnibus, & singulis,  
illorum tenores præsentibus, pro plene, & suf-  
ficiente expressis, & insertis habentes, illis alias  
in suo labore permanens ad præmissorum effe-  
ctum hac vice dumtaxat specialiter, & expre-  
sse derogamus, ceterisque contrariis quibus-  
cumque.

J. 6. Volunatus autem, ut earumdem præ-

sentientiæ literarum transitibus, seu exemplis,

etiam impressis manu alicuius Notarii publici

subscriptis, & sigillo persone in Ecclesiastica di-

gnitate constitute munitis, eadem prorsus fides

tam in Judicio, quam extra illud ubique locorum

habetur, quæ haberentur ip[s]is præsentibus, si

forent exhibita, vel ostentæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem

sub Annulo Piscatoris die XV. Augusti MDCXCIII.

Pontificatus nostri Anno Tertio.

Decretum  
Congrega-  
tions.

Præces Su-  
periorum  
majorum.

Confirmatio  
relati De-  
creti.

Clausulæ.

Exten-